

## DOCUMENTOS

### DOCUMENTOS PARA EL ESTUDIO DE LA HACIENDA EN EL REINO ASTURLEONES

En mi obra *El reino asturleonés (722-1037). Sociedad, economía, gobierno, cultura y vida* dediqué un extenso y detallado capítulo a la Hacienda. Apareció sin notas. Ya señalé en el prólogo del volumen que había prescindido de apostillar la casi totalidad del libro porque los estudios en él reproducidos habían sido ya editados por mí en su mayoría con una muy ceñida apoyatura erudita y ni podía reproducirla en una obra como ella ni desequilibrar el conjunto anotando los nuevos estudios.

Nunca había dedicado una ceñida monografía al estudio de la hacienda asturleonesa. Pero como yo no improvise jamás en mis estudios históricos, las páginas consagradas al tema señalado tenían detrás una larga serie de documentos. No me decidí a editar de nuevo las páginas a que vengo aludiendo para anotarlas despacioamente por aludir en ellas a problemas nada misteriosos. Pero tengo reunidos muchos documentos relativos a diversos aspectos del tema. Y prescindiendo de los muy vulgares relativos a la percepción de las *calumnias* o penas pecuniarias, al quinto del botín, etcétera, cuya edición requeriría muchas páginas y no brindaría novedades, me he decidido a reunir y a editar los que sirven de apoyatura a las partes menos conocidas del tema. Hélos aquí.

Debo agradecer a la profesora Patricia de Forteza la copia de mis antañonas fichas manuscritas. Sirvan estos textos de comprobante de algunas de las páginas más novedosas de mi citado estudio. Si la Providencia me da plazo y fuerzas —me van faltando éstas a mis casi 90 años— procuraré hacer otro tanto en apoyo de los capítulos de mi citada obra aún no acreditados documentalmente. Pero mi vida avanza rápidamente hacia el no ser y no puedo prometer firmemente lo que probablemente no podrá cumplir.

Debo prevenir al lector que he prescindido de las noticias que aparecen en documentos cuya falsedad es notoria como la donación de Alfonso II a la iglesia de Valpuesta en 809. O que han padecido evidentes retoques como el privilegio otorgado por Ordoño I a la iglesia de Oviedo en 857. Y de cuantos no me han inspirado confianza.

También deseo consignar que no he reproducido todos los pasajes de las Leyes Leonesas de 1017 y de 1020 que contienen noticias de índole fiscal, por ser sobradamente conocidas.

Claudio Sánchez-Albornoz

## I

Archivo Catedral de León. Fondo Particular. Documentos Reales, N° 1,  
Año 775.

"Silo macrum adque preclarum est locum abitacionis propter mercedem anime mee facere donationem ad fratres et seruos dei Patri presbiteri; alanti conuersi Lubini conueni uiti presbiteri ualentini presbiteri uel aliorum fratrum quod in ipso loco sunt uel quem deus ibi adduxerit quia nobis pedes obsculauerim serui dei ut darem eis locum oracionis in cellario nostro que est inter iube et masoma inter ribulum alesancia et mera locum que dicitur lucis determinatus de ipsa uilla ubi ipse noster mellarius abitauit espasandus et per illum pelagum nigrum et iusta montem que dicitur farum es per illas rassas aluas et per illa lacuna usque in alla lacuna et usque ad petra facta et per illa lagunam et per ipsum uillare que dicitur desiderii et per illum arrogium que dicitur alessancian et per alia facta que stat in montem super tabulata per ipsa strata que esclude terminum usque in locum que dicitur arcas et arogium que dicitur comasio cum omnem exitus et regresu suo castris duos quum omne prestatione sua montibus et felgarias ac paretes qui illi sunt et omnem exitus et omnia supra nominatus dono uobis adque concedo per nostrum fidelem fratrum sperantane abatem ut oretis pro mercedem anime mee in ecclesia que ibi edifcata fuerit et omnia de meo iure abrasum et in uestre traditus et confirmatus abeatis omnia firmiter adquem irreuocabiliter est quem deus adduserit ad confessionem in ipso loco indicient omnia quum omnem uoce opositionis mee et iudicent adque defendant de omnem omnes et si post odio aliquis eos inquietare uoluerit pro ipso loco uel pro omnia quod scritus est in primis sit sebaratus ad communione sancta et a conuentus cristianorum et eclesie sancte permaneat extraneus et cum iuda traditore deputetur danandus talesque illum ultio consequatur diuina que omnes uiderter terreat et audienter constremescant. Facta karta donationis sub die X kalendarum setenberer era DCCCXIII\* Silo ac escritura donationis manus mea = esperande aba ac escritura ubi preses fui = teadenadus conuersus manus mea + feci = nepotianus ac escritura donationis ubi preses fui et testis = ... (roto) ... clericus manus mea + feci florentius presbiteri testis = ... (falta) ... us testis + feci = seluatus presbiteri = Adefonsus confirmat.

## II

Muñoz y Romero: Colección de fueros municipales y cartas pueblas, p. 17.

Año 824.

Fueros de Brañosera dados por el conde Munio Núñez.

"...et omnes qui venerint de alteras villas cum sua pecora, vel cum sua rem causa pro pascere herbas inter ipsos terminos, qui in ista scriptura resonant omes de villa Brania Ossaria prehendant montaticum, et de ipsa rem, quam irvenerint inter suos terminos habeant foro illa medie-

tate ad comite, altera medietate ad omes de villa Brania Ossaria, et omes qui venerint ad populandum ad villa Brano Ossaria non dent anupda, non vigilias de castellos, nisi dent tributum et infurtione quantum poterint ad comite qui fuerit in Regno."

## III

España Sagrada XXXVII, p. 21. Año 953.

"...et in territorio de Campo braneas pascua... et alberam ubi dicitur Fonte fregida... et a flumine Deva usque in transmera et per littus maris pascua in omnibus locis sine montatico..."

## IV

Llorente: Historia de las tres provincias vascongadas, t. III, p. 95. Año 874 (?). El conde Diego de Castilla a San Félix de Oca.

"Et concedo ad sancti Felices dibisiones pro suos ganatos ad pastum in montes... ita ut ad isto ganato de Sancti Felices non inquirat aliquis homo montatico."

## V

Vigil: Asturias monumental y epigráfica, p. 58. Año 897 (?).

"...etiam juxta illut castellum palacium magnum quod ibi fabri-caulimus cum nostras adrias uidelicet vnum sestarium de cibaria de uno quo iugo boum per totas asturias que a rreligiosis nostris predecessoribus ffuerunt statute pro castellis et palaciis Regalibus rreparandis..."

## VI

López Ferreiro: Histaria de la S. A. Iglesia de Santiago de Compostela, t. II. Ap. p. 18. Año 870.

Reterico Abad dona al rey Alfonso III todas sus cosas.

"...Tamen profiteor me per singulos annos dum uixero per istum monachum dirigere meam offertionem sicut et feci et semper faciam, seu etiam et ipsos familiares meos quos ego iam per cartam ingenuos restaurauit ita ipsos homines domino testo atque concedo per istam cartam ut sint post partem dominicam' testati uel domino deseruientes."

## VII

España Sagrada XXXII, p. 335. Año 905.

"Concedimus intra ciuitatem Zamoram Balnea, quae construximus ibi, quae adquerunt per unum quemque mensem viginti solidos ad opus luminis Ovetensi Ecclesia."

## VIII

Escalona: Historia del Real Monasterio de Sahagún. Ap. III, nº 111, p. 378.

Año 905. Alfonso III.

"et insuper precepimus, ut omnis civitatis regni nostri nullum portatum vobis prehendant."

## IX

Tumbo Viejo de Lugo. fol. 36 vº - 910.

"Nos omnes comites seu imperatores quanticumque sumus qui comitatus obtinemus de iure per ripa maris usque in Lesute et de super per navia superiore usque in Silie vobis nostro domino dopno Ordonio per hunc nostrum placitum vobis computamus ut vice iste anno pressenti incotemus et laboremus casas qui sunt destructas de ista civitate Luco et coto erigamus eas sicuti ab antiquis fuerunt sive eis fracturas renovemus secundum in faciem nostram dominus ordonius ordinasti nobis sic que per diem sancti petri sit omnem illam operam completam et nos ibidem habitantes cum nostras mulieres. Ite profitemus vobis nostro domino in tributis et quadragessima que de anno preterito est super nos residuum ut pro ipso die sci. petri sit omne subunatum in ista civitate et de anno veniente per kalendas sepembrias sit alzum nostrum tributum et quadragesimal omne subunatum in palatio de nostro domino ordinatum acceperimus. Sit uobis licentia per super nos sicut et nos sub vestro regimine simus ut careamus illa comitata et illa comissa et in super pariemus vobis per unumquaque comitem seu per imperantem auri talentos qua ternos et vobis perpetui habiturum. Actum placatum in civitatem Luco die VII idus Junii Era DCCC<sup>X</sup>VIII<sup>o</sup> Sub Xpi nomine Recaredus epus conf. - Petrus sisrandi - Lucidus guimaranus - Sandinus gundesindi - Erus lerdinandi hoc meum placitum - Armentarius siloni - Gutier Ferdinandi - Gundesindus osorii - Gundesindus didaci - Gundessalvus bettotiz - Egica sigerredi - Spassandus spasandi - Gutier Hermenegildi - Gundesindus eroni - Erus osoriz - Petrus petri - Gunticus Munioniz - Iheremas Vestruari - Sandinus gundesindiz - Gundesindus gemundi - Gundesindus Aloyti - Vistrala theodomiri".

## X

Portugaliae Monumenta Historica. Diplomata et Chartae, p. 12. Año 915.  
Ex apographo authentico saeculi XIV in Publico Archivo ab antiquo servato.

“...Ego Ordonius Rex in dei amore et uestre glorie perpetuali dubium quoque esse non potest quod plerisque firmum manet atque notissimum eo quod genitor noster bone memorie dominus Adeffonsus Rex ad obitum ueniens ordimuit sub iuramenti diffinitionem pro remissionem peccatorum suorum patri gemnadio episcopo quingentos aureinumos aule beati Jacobi Apostoli defferendos, quam rem et genitrix nostra domna cemena Regina ut completum fuisse, omnibus modis eidem pontifici mente spontanea reconfirmauit. Ille uero agere non ualuit quia germanus noster Dominus Garsea apicem Regni accipiens, aditum eumdi et redeundi ad eundem locum sanctum iam dictus episcopus minime habuit nisi tales hominem inuenire potuit per quem munuscum sibi commendatum ibi direxisset. Hac de causa eos penes se retinuit usque dum post mortem germanis nostri nos diuina procurante clemencia parentum in solio locati, eosdem numos supradicto antistiti commendauimus et sicut accepit detulit. Ideo dum eos accepissemus prouidimus una cum consensu patris domni sisnandi huius aule episcopi et illius magne congregacionis quod in tesauro nil lucrifacenter concederemus pro eos locos sancto apostolico plenarium aliiquid prouictum atque indumento sacerdotum dei et monachorum ibi deseruicium hospitum quoque et peregrinorum et pro lumiariis ecclesie sicuti et concedimus et damus in Ripa limie villam quam uocitant Cornelianam cum uiculis et adiacentiis...”

Adientes igitur censum hominum ingenuarum ibi habitancium, ut quod Regie potestati usi fuerint persoluere patrono nostro et Pontifici loci sancti persoluant.”

## XI

López Ferreiro: Historia de la S. A. Iglesia de Santiago de Compostela, t. II, Ap. p. 84. Año 915. Ordoño II concede tierras y hombres al apóstol Santiago.

“...aui nostri diue memorie dni. Hordonii regis, qui concesit. sco. Apostolo sex milia in omniue giro hominum ingenuorum, metuens, ne scurro fisci eius inquietaret iarruas illius, qui omnium finium Hispanie ad iudicij diem iussus est presentare animas, hoc staturns. ut ipse populus ingenuus tantum Episcopo in ipso loco persoluant, quantum censem statutum est Regi.”

## XII

López Ferreiro: Historia de la S. A. Iglesia de Santiago de Compostela, t. II, Ap. p. 87. Año 915.

Ordoño II y su esposa Doña Elvira donan a la Iglesia de Santiago la villa de Corneliana.

“...placuit nobis ut contestaremus ullam pro eis sante uestre ecclesie sicut et contestamus. id ullam quam uocitant cornelianam territorio gallecie secus flumen limie. cum ecclesia sci...”

Adicientes quoque adhuc. ut serui uel liberti qui in ipsa uillas sunt habitatores in ministerio ecclesie uestre permaneant perpetualter seruientes. sive et homines ingenuos ibi habitantes. census quod nobis persoluebant; parti uestre inexcusabiliter persoluant hoc statuentes ut hoc factum nostrum numquam a nobis diruptum."

## XIII

España Sagrada XXXIV, p. 441. Año 916.

Ordoño II dota a la iglesia de León.

"Item et pro altaris luminibus damus atque offerimus de nostro portatico pro illas septem solemnitates mayores le Sancti Martini usque ad Pentecostem pro una cuique solemnia XII<sup>im</sup> libras de cera et XII<sup>im</sup> argenteos incensi Libani; et pro diem Ramos palmarum duas mensuras olei, quos dicunt refreras, ad faciendum Crisma: et vestimentam ad illo episcopo pro ipso die pelle obtima, et manto, sive et calciamento: et post diem Sanctam Pasche libra una piperis. Item et in Lampreiana de illo portatico de illo sale in singulis annis duos dies, de totas ipsas villas, quod est vespera Sancti Augustini, et ipso die quantum ibi cadiderit ab omni integritate. Similiter et in subsidium Monachorum, sicut jam prius jussum esse decrevimus, ipsum decimum de illa nostra Almunia, et Ecclesia Sancti Martini cum suos foros, et suis decimis ab omni integritate temporaneo et serotino leuguminis, et de ortis seu etiam et pomiferis: et decimo de Campo, quod est in ripa Estolae, seu et de illas senras de Azalones in Auctuarios de Rege, et de vineas item decimo, id sunt de vinea Sancti Stephani supra civitas, et de vine Sanctae Eulaliae in Valleuncina, et de illa de Sancti Iusti...".

## XIV

España Sagrada XVII, p. 317, Año 922.

"Ego Serenissimus Imperator Ordonius tibi Domino meo confessori almo Sancto Martino, cuius Basilica constructa esse videtur territorio Galletiae loco Minduniensis secus litora maris... annuit ex paupertate, quam mihi Deus contulit, conferre altario tuo Sancto Vallem Laboratam ab integro cum Villis, et Ecclesiis, et familiis, quae intra sunt commorantes, et greges Equarum, Vacarumque: sic dono hanc meanam exiguum oblationem cum suo Sajone, et sua voce, ut nullus homo aditum sit fortiose intra ingredi: Vocem Racesi, et homicidi, et fosatariae pertineant ab praedictum Sanctum Confessorem et Episcopis, qui sub Dei gubernatione in ipsa sede primatum tenuerint, sicuti Nos eam modo damus, et huiusque tenuimus..."

"Si quis tamen, quod minime fieri credo aliquis homo hunc meum factum pesundare voluerit, pro ausi temeritate paret in praesenti sex millia solidos. uti consuetudo est in meo Palatio..."

## XV

López Ferreiro: Historia de la S. A. Iglesia de Santiago de Compostela, t. II, p. 99 Ap. Año 922. Ordoño II confirma la permuta de la villa de Lanca-  
ra que legó su hermano D. Gonzalo a Santiago por las de...

"Nunc quoque adicimus ibi in ipso loco patrono nostro uillam nos-  
tram que fuit de geluira, quam obtinebat filius noster Sancius ab inte-  
gro... sic eam concedimus huic locum perheniter habiturum. Adicimus  
ibi etiam omnes habitatores quantoscumque sunt in ipsas uillas ut cen-  
sum quod ceteri populi regi solent persoluere illud domino iacobo per-  
soluant. et rationes ipsarum uillarum secundum ueritas est parti idem  
ecclesie persistant."

## XVI

Portugaliae Monumenta Historica. Diplomata et Chartae, p. 16. Año 922.

"Non ambiguum quidem sed bene patens est sed multis manet no-  
tissimum eo quod per ordinem dei summi ordonius rex dedit ipse rex pro  
remedio anime sue ad gomadum gradum episcopatum in sede colimbrien-  
se cum sua diocesi quomodo illum obtinuerunt alii episcopi qui ante ipsum  
episcopatum obtinuerunt; obtinuit illum per plures annos usque in portu-  
gal et post uero tempus fuit ipse episcopus ad legionem ante ipsum regem  
et expetiuit se. et reliquit gradum episcopatus pro uenire ad confessio-  
nem. et requisivit ipse episcopus heremitam. et inuenit in locum castru-  
m ad illam foce cadit in dorio... uenit rex in portugale et mandauit  
pro ipso episcopo ut fuisset ante ipsum regem. et ipse episcopus non  
exiuit de confessione secundum quod regula docet. et ipse rex pro sua  
mercede et illa regina excitavit naues in portugale cum suis comites  
lucido uimarani et roderico luci et sui episcopi fuerunt nauigio eremitarum  
uisitare ipsum episcopum et ad orationem ad ipsum locum sanctum. et  
ipse rex pro remedio anime sue et illa regina dederunt sollenpniam ad  
ipsum episcopum et ad fratres et sorores. et mansit ipse rex cum suo  
exercitu in ipso monasterio et in alio die fecit concilium... et dedit ipse  
rex et ipsi comites nabulum et portaticum de dorio in die sabbati de  
portu de aliquirio et per totos illos portus usque in illa foce de durio  
ubi cadit in mare quantumcumque eis dominus dederit ipso die pro  
remedio animarum illorum et pro illorum prosapie... "et in ipso concilio  
dedit lucidio uimarani uillas et ecclesias ad ipsum monasterium in ripa  
de ipso dorio a porto ciuitatis anegia ecclesiam sancte marine cum suis  
dextros integros uel debito ubi tamica intrat in dorio ad integra. De  
portugal dedit aliam ecclesiam in lagona de auuil uicabulo sancta cruce  
cum suis dextros integros uel suo debito prope littore maris. Et dedit  
aliam ecclesiam in ripa mondeci."

## XVII

López Ferreiro: Historia de la S.A, Iglesia de Santiago de Compostela,  
t. II, Ap. p. 106-107. Año 924.

Fruela II confirma el coto de las doce millas y otorga el condado de Montanos.

"...parentes nostrorum bene atque utiliter deseruientes et munerum copiam diuersarum rerum in eodem loco offerentes. secundum quod series testamenti in eorum nomine prenotum manet. Inter quos statuerunt in omni giro milia ingenuorum hominum qui ibidem deseruient. censum uel omnia que regie potestati condecent. non tamen ut familia ecclesiarum debita; set reipublice ingenuorum. et ex ipsa milia quod in confirmatione dive memorie genitorum nostrorum adnotatum manet. multa ex inde reperimus ablata.

...id est commiso de montanos ab integro secundum ilud obtinuit Sigeredus egicaz. de tamare usque in nemitos. ut omnis populus in eodem degentes commisso sco. loca tuo deseruiant. sicut superius resonant. non ut serui; set ingenui quemadmodum et gens eorum fuit redens ibidem regio censui. quod fiscum persoluere consueuerant; et hec per hoc testamentum sce. aule uestre obtulimus et testamentos priores manu propria confirmamus."

## XVIII

López Ferreiro: Historia de la S.A. Iglesia de Santiago de Compostela, t. II, Ap. p. 112-114. Año 927.

Sancho confirma a la Iglesia de Santiago sus cotos y posesiones.

"...etiam et tanto igne amoris Dei ascensi non solam plebem ibi debitam confirmaverunt. sed etiam commissos ingenuos ibidem adiecerunt ut tributum quod regi soliti erant persolvere. sco. dei apostolo fideli famulatu conredderent. non ut plebs ecclesiarum. set ut ceteri ingenui permanentes. quemadmodum in eorum testametis lucidius confirmatum est. et in thesauris apostoli recondita manent. cumque ut concessa fuerant. in convulsa parti ecclesie manerent.

...ut maiorum nostrorum facta pro animabus eorum et nostris parti loci sancti confirmata permaneant et tam dieceses secundum in chronicis antiquorum canonum conscriptum est. quam et omnem plebem que usque in tempore genitoris nostri ibi deservivit. seu etiam et villulae necnon et commissos ingenuos. id est Montem sacrum et ambos Amaeas. secundum illas obtainuerunt Lucidus Vimarani et Nunus Guterrici et confirmamus etiam casatas Muzuri. vel alias que ibi fuerunt concesse."

## XIX

Dom Luciano Serrano: Cartulario de San Millán de la Cogolla. p. 32.

Año 929.

"Ego... Dei gratia Garsea Sancionis rex. una cum genitrice mea Tota regina... Et quid hunc hucusque et finiendo stavilimus terminum. ab hinc recensendo roboremus fisci toloneum. Si quis presuntive in hanc

defensam ex pastum ad recipiendum oves, capreas, sues vel armenta perexerit tugurium, de quinque pecoribus auferatur ei unum...; de domitis autem, id est, bos, asinus, equus et si qua his similia ibi comprehensus fuerit, quod fuerint numero totum solidorum reddatur in monasterii toloneo; qui vero ramum inciderit, careat ferramentum..."

## XX

López Ferreiro: Historia de la S. A. Iglesia de Santiago de Compostela, t. II, Ap. p. 120-121. Año 934.

Ramiro II concede a la Iglesia de Santiago el commisso de Postmarcos entre Ulla y el Tambre.

"...reperimus testamentos antiquos de tempore dni. Adefonsi catholici Regis conscriptos, per quos concessit in omni gyro hominum ingeniorum eiusdem smi. loci miliarios adnotatos ut ibidem non ut serui deseruirent sed censem quod Regi solebant illuc fideliter redderent. Post eum quoque Ranimirus rex, et ipsum confirmauit et aliud addidit..."

Et ut nos cum eis in celo iungamur et in presentia malis tueamur te orante o sce. dei apostolo. concedimus sacrosanto altario tuo pro concinenda luminaria sanctis altaribus, ac toleratione sacerdotum et pauperum ibi aduenientium, id est commissum Pistomarcos ab integro secundum illud obtinuit Lucidus Vimarani, de Vlia in Tamare, ut omnis populus in eodem degens commisso, sancto loco tuo deserviant, non ut serui, sed ut ingenui, quemadmodum, gens eorum ibi persoluit regium censem ut fisco persoluere consueuerat. Et haec per hoc testamentum scae. aule uestre obtulimus, et testamento priores maiorum nostrorum manu propria confirmamus."

## XXI

Luciano Serrano: Cartulario de San Millán de la Cogolla, p. 40. Año 944.

El Conde de Castilla Fernán González dona a San Millán el monasterio de Santa María, cercano a Pazuengos.

"...offerimus ad honorem patroni nostri beati Emiliani et ad tibi Furtunioni abbatii cum sociis fratribus illam villam iam supra nominatam Pazongia, iuxta hunc monasterium, cum omnibus hominibus et omnibus suis ingressibus et regresibus..."

## XXII

Escalona: Historia del Real Monasterio de Sahagún. Ap. III, nº XXIII, p. 393. Año 945.

Ramiro II dona la villa Traviesa con inmunidad.

"...Et dedisti nobis pro ipsa Villa tres Aencias in Zamora ad olivares iusta palatum nostrum."

**XXIII**

Escalona: Historia del Real Monasterio de Sahagún. Ap. III, nº XXIII, p. 393. Año 945. Ramiro II.

"Ideoque anuit serenitatis nostre glorie ut concederemus ibidem de-servientium Santi Martini et villa Travessa et duodecim pausatas cum suis adjacentiis unde nobis exinde portatico non prendant et ipsa villa de Travessa que sita est in territorio de Lampreana sicuti est cum omni integritate per terminis suis ita ut amodo et deinceps omnis ipse populus qui in ipsa villa abitant vel post modum abitare videntur post parte monasterii persistant pro cunctis utilitatibus fratrum peragendis et quicquid ab eos iniuntum vel ordinatum acceperint inexcusabiliter illut impiant atque peragant absque aliqua inquietatione regia Postestas Comes Episcopus set post parte monasterii maneat stabilita per secula cuncta."

**XXIV**

Astorga, fol. 547 (B. 1195). Año 946.

"Ego Ranimirus Rex hispaniae una cum uxor mea Regina Gimena placuit nobis et a nostro palatio ut cautaremos monasterium videlicet nominatum sancte Crucis que est inter sanctum joanes et sancta marina de montes... per suis terminis que nos ei inponimus cum suas adiacentias... hunc facimus ad ipsum sanctum locum et a tibi abbate Domno Mauro et ad collegium tuorum seu successores tui vel qui in ipso sancti loco prelatores fuerint Siquis ausu temerario pro aliqua calumnia qui infra istius terminis ingredere voluerit et inde aliqua causa trasserit in primis duplet hoc quod inde tulerit et post modum pectet in fisco regali quingentos solidos vel anno se ipsi qui domini fuerint vocem suam dederint."

**XXV**

Barrau-Dihigo: Chartes royales leonaises. Revue Historique X, 1903, p. 382. Año 949.

"Concedo cultoribus tuis sancto monasterio servientes in locum Cellanova tres deganeas unam in ripa Minei quam dicunt Tredones, et alias duas quam dicunt Sorua et Vanate, quas usque hunc tenuistis, seu et comisso de Eires; istas deganeas ab integro eas concedimus cum omne censo quod persolvere consuetas erant in usu vel debito regis, ita ut ex presente die et tempore maneant post parte Dei et monasterii fideliter habituras cum tributis suis."

**XXVI**

López Ferreiro: Historia de la S. A. Iglesia de Santiago de Compostela, t. III. Ap. p. 144. Año 952. Ordoño III.

"...offerimus et donamus gloriae uestrae commissum, quod dicunt Cornatum in prouincia Gallecie totum ab integro; sicuti eum habuerunt multi comites per ordinationem regiam, sic modo et nos eum concedimus uobis, ut uestrae domui persoluant fiscalem censem, quem regie potestati persoluere assueuerunt, non ut serui, sed ut ingenui, ita ut habeant illud clerici uestri, qui ibi commorantur simul cum Antistite Sisnando..."

## XXVII

López Ferreiro: Historia de la S.A. Iglesia de Santiago de Compostela, t. II, Ap. p. 149-150. Año 952.

Ordoño III dona a la Iglesia de Santiago y a su obispo Sisnando II el condado de Ventosa.

"...damus et contestamus sacrosancto altario uestro et pontifice Sisnando. pro sustentatione clericorum ibi digno deo seruicium ac susceptione peregrinorum pauperorum quoque ac miserorum et pro luminaliis. comitatum quam nuncupant uentosam in prouincia gallecie. totum ab integro secundum illum plurimi comites obtinuerunt. sic est nos illum aule uestre concedimus. Et sicut aui et parentes nostri ibi sua uota offere maluerunt et per seriem testamentorum, que dederunt scripsierunt, et sanctum locum uenerauerunt, ita et nos quamvis exiui et peccatorum honore grauati licet parum tamen quantumcumque obtamus et proni oramus ut digne suscipiant a uestra sancta benignitate. Ita dumtaxat. ut eadem plebs sic ab hodierno die et deinceps loco uestro deseruita. Non tamen ut serui; sed ut ingenui. neque ut careant propria moderatione et non imperent eos absque consuetam rationem, et illi persoluant censem fiscalem sicuti alia plebs commissalia quam antecessores nostri dive memorie loco uestro per scripturam testamenti concedere uoluerunt."

## XXVIII

López Ferreiro: Historia de la S. A. Iglesia de Santiago de Compostela, t. II, Ap. p. 160. Año 956.

Sancho el Craso dona a la Iglesia de Santiago y a su obispo Sisnando II el condado de Bavegio.

"Tua sunt enim domine omnia que possidemus, et ut per ea tuam gratiam et ueniam omnium peccatorum et per intercessionem apostolo iacobi consequamur, ideo puro mensis affectu concedimus atque ultronei offerimus parua ex multis sacrosancto altario uestro. et uobis patri scissimo. domno sisnando epo. commissum de bavegio ab omni integritate ut per singulos annos fideliter inde persoluant; quicquid in dominico soliti erant persoluere. necnon et quod comites inde solebant accipere. quatinus sit sustentatio clericis ibi deo et sco. apostolo seruientes in cunctis temporibus, et sit pro alimonia pauperum et hospitium aduenientium, ut inde ipsi habeant tolerationem et nos a Deo dignam remunerationem."

**XXIX**

López Ferreiro: Historia de la S. A. Iglesia de Santiago de Compostela, t. III, Ap. p. 167. Año 958.

Ordoño IV concede al monasterio de Sobrado y al obispo Sisnando II el commisso de Presares.

"...offerimus tibi mente deuota pro habitaculo seruorum qui iam in prefato loco sunt habitantes et in domum sanctam tuam deseruientes. pro sustentatione eorum et hospitibus suscipiendis seu peregrinis. necnon et pro luminariis ecclesie commissum de presares qui iuxta ipsum monasterium in ualle sunt habitantes. non longe sed uicina construant ab omni integritate secundum regiam consuetudinem comitibus solebat mandare. ut omne tributum uel quod in dominico solebat reddere. fiderenter post partem monasterii huius per singulos annos persoluat basque imperio palatum sedis regale habitantes."

**XXX**

Barrau-Dihigo: Chartes royales léonaises. Revue Historique X, 1903, p. 391. Año 968.

Elvira y Ramiro III a Celanova.

"Placuit nobis plano animo et propria voluntate ut faceremus hanc seriem testamenti de homines qui habitant in villa quam dicunt Gallecos in Lamprelana, cum omuntioliis qui sedent in anguibus quod dicunt Recasio, ubi sunt salene prephati monasterii Cellenove, ut ipsi homines persolvant censem quod regi usu soliti fuerunt persolvere, cum ceteris ingenuis, pro stipendia altiorum... ita ut ab hodierno die sit ipsa villa Gallecos, cum Rekeiso et homines in eas habitantes, post partem Domini Salvatori et monasterium Cellenove..."

**XXXI**

Barrau-Dihigo: Chartes royales léonaises. Revue Historique X, 1903, p. 396. Año 968.

Ramiro III a Elvira Abadesa y Pedro Abad de Sobrado varios condados que habían pertenecido a Hermenegildo y su mujer Paterna, al Obispo Sisnando y a su hermano Rodrigo, y el de Presares que Ramiro II dio a Hermenegildo y le había disputado Ordoño III.

"Sic et nos omnia concedimus Deo vivo et vero et beate illius genitricis Sancte Marie semper virginis... ut omnia vectigalia quod in dominico solebant reddere, fiderenter post partem monasterii vel pro utilitatibus servorum et ancillarum Dei ibi degentium per singulos annos persolvant, sicut mos est comitibus et ducibus atque imperio sedis regalis ibi imperantes, licet patrum tamen quantulumcumque obtamus et proni oramus,

ut digne suscipiatur vestra benignitas, ita dumtaxat ut eadem plebs sit ibidem loco vestro ad hodierno die et deinceps deservientium non servi sed ut ingenui, neque ut caream propriam moderationem et imperent eo absque consuetam rationem, tam vos in vita vestra quam qui post hortum vestrum in ipso prefato monasterio in Christi militaverint servicio."

### **XXXII**

Luciano Serrano: *Becerro de Cardeña*, p. 338. Año 972.

El conde García Fernández y su mujer doña Ava "...per huius nostri regalis glorie titulum et pro remedium animabus nostris, damus atque concedimus in Granatera ipso pozo ad integrum, ut nullus vobis substollat ex illo, solummodo duas eminas de ipsa sal quando que venerimus nobis Aukensium locum per ad mensam nostrorum que ciborum, sed omnia ad integrum vobis permaneant seculorum omne per evo. Et ipso foro abeat is cum illo sicuti est nobis consuetudo atque regente nobis et ipsoque ymperio; et Aukense villa abiacentilis suis vel quibus venerint ad emendum ipsa que salsa per ad sua necessaria sic vero semper veniant ad ipso pozo per ad laboranda ipsa que fuerint in eo laborantia, sicuti modo veniunt cum sua annafaka, tamdiu est ipso pozo in nostra potentia; et si noluerint venire ipsi que per ad ipso labore, adinvitus veniant per manus aukense sayone, sicut modo veniunt iussionem."

### **XXXIII**

Luciano Serrano: *Becerro Gótico de Cardeña*, p. 7. Año 972.

"Nos totos omnes concilio pleno de Agusyn maiores et minores, iubenes et senes, nostras spontaneas uolumptates sic donamus atque roboramus ad tibi domino nostro comite Garcea Frederandiz illa defesa de Lomba tota ab integrum ipso monte que est defessato et pro inde donavimus et rovorabimus pro eo quod ingenuasti nos de illo labore de illos castellos pro secula seculorum, ut de odie die vel tempore sit ipsa defesa cum toto suo monte abrasa de nostro iure per omnia et in uire de tibi comite domino nostro sit confirmata."

### **XXXIV**

Muñoz y Romero: *Colección de fueros municipales y cartas pueblas*, p. 38. Fuero de Castrogeriz otorgado por el conde García Fernández de Castilla en 974.

Et varones de Castro non dent portazgo ni montazgo ni traman et non habeant super se neque manneriam neque fonsadera neque nulla alia facienda.

**XXXV**

Muñoz y Romero: Colección de fueros municipales y cartas pueblas, p. 47. Año 978.

"Ego Garsia Fernandez, et Ava Comitisa sic donamus tibi filia nostra Urraca istas villas, et istos terminos, cum suos terminos, et suos exitos et suas defessas, et adiacentias, cum suos pratos, et suos molinos, et suas aquas ductiles, quomodo pertinent ad ipsas villas, et ipsos Monasterios, cum servos, et palatios, et cum suo saione, quomodo seruiebant ad illas sedes regales, sic serviant tibi filia nostra Urraca, et a Sanctorum Cosme et Damiani, ut populos vindices, et habeas sine tota facinora, et elegimus tibi de forum ut non habeant istas villas, et istos terminos super se saionem, nec Fossatum, nec Anuda, neque Alicidio, neque Erbatico, nec Portatico in terminis de Castella, et si fuerint omnes de estas villas iam nominatas, et de estos Monasterios, ad alias villas, ad pignora cum lanceas, et scutos, et lapides, et ibi bellum contigerit liuores, et homicidium fecerint quo modo non pariatr illum, et si aliquis homo venerit, qui contra eos voce, vel iudicio suscitaverit, aut aliqua calumnia petierit nullus firmet super eos, sed illos dent duodecim homines, et delindent se de quocumque iudicio illis petierint."

**XXXVI**

Yepes: Historia de la Orden de San Benito, t. V, f. 444. Año 978.

El Conde Garci Fernández y la Condesa Aba a Covarrubias.

"Quae quidem ego Garsia Fernandez Comes, et Aba Comitisa, donamus tibi filia nostra Urraca in donis Covarruvias cum suis terminis, videlicet de Semitario antiquo... sic donamus tibi filia nostra Urraca istas villas, et istos terminos, cum suos terminos, et suos exitos, et suas defessas, et adiacentias, cum suos pratos, et suos molinos, et suas aquas ductiles, quomodo pertinent ad ipsas villas, et ipsos Monasterios cum servos et palatios et cum suo Saione, quomodo seruiebant ad illas sedes regales sic seruant tibi filia nostra Urraca, et a Sanctorum Cosme et Damiani, ut populos vindices, ut habeas sine tota facinora et elegimus tibi de forum ut non habeant istas villas, et istos terminos super se saionem, nec Fossatum, nec Anuda, neque Alicidio, neque Erbatico, nec Portatico in terminis de Castella, et si fuerint omnes de estas villas iam nominatas et de estos Monasterios ad alias villas, ad pignora cum lanceas et scutos et lapides et ibi bellum contigerit liuores et homicidium fecerint quomodo non pariatr illum, et si aliquis homo venerit, qui contra eos voce vel iudicio suscitauerit, aut aliqua calumnia petierit nullus firmet super eos, sed illos dent duodecim homines et delindent se de quocumque iudicio illis petierint."

**XXXVII**

Cartulario de Celanova, f. 174. Año 985.

Bermulo II a Celanova.

"Id est damus... duas deganeas in bubalo ablocinos et barra... Seruata ratione sic ordinamus ut per manus de fratres qui in monasterio ipsius cellenoue extiterint et terrebunt de nostro palatio et paratas libenter et diligentissime illud excipiant neminem in aliud ex nostram serenitatem uel ilussionem non hordenamus qui uel in modice uos in aliquo ibidem inquietet sed ut habeant inde seruis decet milites xpi. qui sunt ex monasterio nostrum cellenoue temporale subsidium et nos ante deum premium in conculum. Ita post parte dei et predicti monasterii ab omni integritate testamus ipsos homines in omni integritate ad seruendum pro remedio animarum nostrarum."

### XXXVIII

López Ferreiro: Historia de la S. A. Iglesia de Santiago de Compostela, t. II, Ap. p. 190. Año 987.

«Bermudo II autoriza al abad Gundesindo Sarraceniz para que pueda admitir colonos de cualquier condado que vengan, que labren las tierras de este monasterio y las de los demás que le estaban anejos.

"...huic memorato loco conferre sicut et per huius testamenti seriem confero et contexto homines ad seruendum. quicumque eidem loco exibuerunt seruicium uel obsequium post partem comitatus luparie. de tabeirolos de deza. uel de aliis comitatibus. siue de aliis partibus ubi eos hordinauerunt seruicium facere. et sunt ipsi homines infra terminos ipsorum monasteriorum.

quomodo eos concludunt testamenta et agniciones eorum. Sic eos damus atque concedimus parti ipsarum sanctorum dei. et uobis gundecindo abbati proles sarraceni. ut sint ibi lufe perenni permanensi; sicut ceteri ingenui. tam isti qui presentes sunt. quam eorum proienies usque in calce. et de quacumque parte et tributaria plebe de secundo aut tercio comitatu adabitandum sponte uenerit. non permittimus ut aliquis homo ex regno nostro ausus sit unum ex eis ad fiscalem hordinem uel ad tributi censuram laicalem prouocare nisi tantum modo ad memoratum ipsorum sanctorum dei et seruorum et ancillarum in regula dei persistentium atque monentium. Quatinus quicquid ab eis iussum uel hordinatum accepserint. indesinenter atque fideliter adimplent atque peragant; sicut iam exaratum est."

### XXXIX

Muñoz y Romero: Colección de fueros municipales y cartas pueblas, p. 32.

Adición a los fueros de San Zadornin después de 995.

"Et homines de Barrio ita habuerunt fuero, ut vadant cum illa potestate de Berbelia ad venato, vel ad pignora, aut montatico prendere de vacas vel de porcis, et donavit ad illos sua assatura, quia non habuerunt fuero de montatico pectare, sed de prendere."

**XL**

Muños y Romero: Colección de fueros municipales y cartas pueblas, p. 56.  
Año 1011.

"His etiam supra dictis terminis sic facimus decretum, ut illi homines, qui sub domino Abate, vel domina Abatissa Sancti Salvatoris Oniae populerint, et habitatores sub eius dominio fuerint, et serbierint ad Sanctum Salvatorem, potestatem habeant cum suo ganatu et omnibus suis peccoribus herbis pascuis tan isti quam illi alii, qui in decaniis fuerint Sancti Salvatoris, et vadant omnes securi cum suos ganatos, vaccas, equas, espres, porcos ubileunque voluerint pascere per omnes istos terminos praedictos, et per istos quos nominamus de Espinosa usque in Salduero, et ex alia parte, usque in Samano... nullos alias ganatos, nec vacas, nec alla peccora intrent pascere nisi illas de Sancti Salvatoris. Et si invadant fuerint, Abas de onia accipiat montaticum de omnes vacas."

**XLI**

Tumbo de León, fol. 350 vº. Año 1015.

"A multis est scitum nec non a paucis est declaratum eo quomodo fuit munnio seruiciale de dominos nostros in legione super celleros de ipsos reges et abuit hereditatem suam propria in Kastrello terras et uineas ratiique sunt ex ei filii duo unus nomine saluator et aliis iulianus. Mortuus est autem ipse munnio et ereditauit filios suos et post morte de munnio a paucis temporibus uenerunt filii hysmaelitarum in legione et capti sunt ipsos filios de munnio et ducti sunt cordue. Remansit autem ipsa hereditate in desolacione prenderunt eam maiordomos et parauerunt eam post parte de rege. Et exit autem se nucus donnitiz et presens manibus facilimata capite petivit ipsa hereditate ad rege domno ueremudo. Ille autem pro sua misericordia dedit ei eam et tenuit eam cum suo..."

**XLII**

Tumbo de León, folio 298. Año 1070.

"Kartula comutationis sicut est facimus de quarta in korte quos ahemus in merkado et emit eam uir meus petro nunniz cum cidi dominiquis pretio iusto, et abet suis terminis exterminatis per locis et terminis suis antiquis designatis. De prima parte alfondega de illa regina. Et alia parte de donna et tertia parte corte de illa regina domna urraka et quarta parte merkado de rege."